

Capitulum primum.

fo. j.

In nomine do-
mini nostri iesu christi. incipit
ordinarium secundum consue-
tudinem fratrum ordinis san-
cti patris nostri hieronymi.

Prologus.



Quoniam ex
precepto regu-
le / animā vnā
et cor vnum in
domino ha-
bere iubemur
decens est / vt
qui sub vna regula et vnius pro-
fessionis voto viuimus / vnifor-
mes in sancte religionis cerimo-
nijs inueniamur. quatenus vni-
formitatē que interius nobis in
cordibus est tenēda : representet
vniformitas exteri⁹ in moribus
et cerimonijs obseruata. Quod
profecto eo cōpetētius poterit ob-
seruari : et facilius memoriter re-
tineri : si ea que agēda sunt scri-
pto fuerint cōmēdata. Proinde
libellū istū cōscripsimus / in quo
sub certis titulis / generales con-
suetudines siue cerimonias no-
stri ordinis annotauim⁹. Qui-
bus tamē sic vtī intēdimus : qd si
quādo contra eas / aut ipsarū ali-
quā in cōmuni seu particulari
quomodolibet veniamus : q̄sto-
cūq; tēpore eas in consuetudine
tenuerimus : nullo mortali aut
veniali peccato cēscamur astri-
cti : sed sit in prioris arbitrio con-
trauenientē arguere / aut que si-
bi videbitur satisfactionē iniū-

gere. In casibus etiam pro loco
et tempore (prout necessitati siue
utilitati cōuenire iudicabit) po-
terit prior cōtra eas vel earū quā-
libet pro suo arbitrio / particula-
riter dispēsare. Eas vero cōsue-
tudines siue cerimonias / quas
in hoc libello non concedimus :
prohibitās fore censem⁹.

Quomodo per totū an-
num campana pulsetur. capitu-
lum primum.



Quando fratres de-
bent ad diuinū offi-
ciū cōuenire : duo si-
gna fiāt. Cū autem
vna hora post alias
est dicēda / ad secūdā horā nō fi-
at signū preterq̄ ad vesp̄as in
quadagesima : ad quas semper
est faciendū duplex signū / siue
post nonā immediate siue missa
mediate dicantur. Ad missam
vero semper pulsandū est semel
per spaciū quo dici possit pa-
ter noster morose anteq̄ incipia-
tur introitus. Similiter et ad no-
nam cū immediate post missam
vel cū immediate post comestio-
nē et gratias dicitur semel tantū
pulsetur. Ad sextā vero cū post
missam immediate dicitur / non
pulsetur. nec ad tertiā cū imme-
diate dicitur post primā. Cū igi-
tur ad horas faciēdū est signū :
pulsetur cāpana magna aliq̄tu-
lū p̄ primo signo donec possit se-
mel dici psalmus de profundis.
Et facto iteruallo quo possit ter

b j